Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ministrat puteum fodit & aquam uiuam quaerit ex qua
reficiat auditores. Si ergo incipiam ego uos erum dicere
discutere & sensum inde quaerere spiritale. si conatur fuero
uelam legis amouere & ostendere allegorica eo quae scrip
tae sunt. fodio quidem puteos. sed stati mihi mouebunt calumnia
nia litterae & insidiabunt mihi inimicitiae continuo
& persecutiones parabunt uertere ne gentes facere posse
nisi suptrare. Sed nos si isaac pueri sumus puteos
aquae uiuae diligamus & fortes allegorias & calumniatores
recedamus & relinquamus eos in terra quam diligunt.
Nos uero nunquam cessemus puteos aquae uiuae fodiendo.
& nunc quidem uidere. nunc & hic nouae discutiendo efficia
mur similes illi euangelico scribae de quo dnr dix. quia
profert de thesauris suis nouae & uetera. Sed & si qui eorum
me nunc audiat disputante. qui saeculares litteras nouit
dicet forte sic. nunc sum istae quae dicit. & nos ad astra eru
dito. e. haec ipse quae disputat & docet. nunc eloquentiae.
& mox mihi litteras uidetur philistinus quidam dare. quia in
meo solo fodisti puteum. & uidebit sibi merito uendicare
quae propriae sunt. Verum ad haec ego respondebo quia
hebraeo omnis terra aqua est. sed qui philistinus est. & ter
rena sapit. nescit in omni terra inuenire aquam.
nescit in omni anima inuenire irrationabile sensum.
& imagine dei. nescit fide. pietate. religione posse